UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rev. P. Francisci Josephi à Rodt Capuccini Anterioris Austriæ Provinciæ. Opus ...

Planctvs Ecclesiæ Et Animæ - Super Caput Primum Lamentationum Jeremiæ Prophetæ. Allegorice, Et Moraliter Expositus, & Distributus In Discursus LII. Concionatorios Quadragesimales ... ; Scilicet Liber Vitæ, Et Excessvs Amoris ...

Rodt, Franz Joseph von

Campoduni, 1680

Approbatio

urn:nbn:de:hbz:466:1-52659

Visual Library

APPROBATIO.

A. V. P. Abundij Friburgenſis Nuith: SS. Theologiæ Lectoris & loci Vicarij.

PLanctum Eccleſiæ & Animæ, à Rev. P. Franciſco Ioſepho ex Buſmanſhauſen Provinciæ noſtræ Anterioris Auſtriæ Fratrum Minorum Capuccinorum Concionatore, Guardiano & Diffinitore, pulcherrimis conceptibus, doctiſſimiſque eruditionibus in Sacræ Scripturæ, ſanctorum Patrum, graviumque Doctorum auctoritate fundatis, Prophetico lamentantis Jeremiæ ſpiritu artificiosè formatum, non ſine interna animi erga Eccleſiam & Animam ad compaſſionem, commotione, ne dum audivi, ſed (quod mirum eſt) perlegi: in quo cùm nihil vel à fide Catholica alienum, vel probis moribus adverſum offenderim; imò ad excitandam in animis fidelium pietatem, Religionis zelum, verbique divini præconibus ſubminiſtrandam pro concionibus habendis, quavis ſe offerente occaſione, materiam opportunam aptiſſimum invenerim: ideò ut ad omnium aures manuſque maximo cum animarum fructu, ac communi Eccleſiæ bono evolare & reſonare valeat, publicæ luci exponendum cenſeo. In quorum fidem manu propria ſubſcripſi. Conſtantiæ 16. Cal. Junij Anno 1680.

F. Abundius Capuc. Friburgenſis Nuith:
SS. Theologiæ Lector & loci Vicarius.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN